

53
Mi. Charissimus g. d. b. r.

Litterae tuae significant, vos et propter publica mala et propter
privata anxios fuisse. Et publica quidem explicas, privata autem
taces. Ita nubulam injicis amaris nostris. Quod ad publica mala
attinet, non quidem puto desperandum: sed tamen videtur evenire
posse, ut afflictio magna sit. Facies recte, si mecum consideres eas
prophetias, quas nos de ultimis temporibus agere. Anglos nobis
valde minari, facile inducor, ut credam. Est enim natio superba,
arrogans et crudelis: etiamsi sint propago Saxonum nostrorum
ex parte. Spero tamen Deum, nos orphanos non esse relictos.
Quod te offere ad iudicem (ambici faciendum habeo gratiam.
Ego, antequam litteras tuas acciperem, cogitabam apud me, an
india opus esset. Iudicabis ipse, quoniam primas paginas misero.
Cunctae folia sunt impressa. in folio, sexta pars. Apocalypsis
tardius incidit propter figuram. Epistola ad Romanos caret am-
dem ob causam. Hodie cum D. Huni-Kon locutissimus de
tempore nuptiarum. Convenit, ut is suis indicaret, eas, D. V.
fore ultimo Martis die mensis Aprilis, in folio, d. 28. si id
placebit proxiis et affini, in eo persistens. Antea erant
celebranda sponsalia, iusto tempore, quod computare poteris.
Si quid aliter cogimus constituta, in tempore significabimus.
Cogor abire. Legendum est specimen Hesperianum. Valete
et orate. Lugd. d. 18. Febr. 1665.

Vestri amantissimus

Jos. Coccejus.

Nescio, an non apud te sint
chartae de Catechesi.
Rogatus et exarsens quaedam
non reperi.

Goets

101

Welyk te beſellen den
5^{en} Agien hontmaer
inde herkſterre

Reverende & edelghe
vire D. Guilielmo
Andano N. D. M.

Bijſetting

Willelmo

ten huyſe van vlyx
Heraſarobus Andano
Præſident